



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Ioannis Fernandi Ad Franciscum Xauerium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

IOANNIS FERNANDI AD
Franciscum Xauerium.

OST tuum ex hac vrbē discessum, in
flati animis domum ad nos conuenē-
re laponij, vt varijs nos interrogationi-
bus fatigaret: videlicet rari, qui ipso-
rum argumenta refelleret, absente te,
fore neminē. Sed Cosmus Turrianus,
Deo fauente, spiritus eorum repressit:

etenim interprete me ad singulas quæstiones ita respon-
dit, vt satisfaceret: quas ego laponicè quoniam ipsius
mandato litteris consignauī, deesse nolui quò minus ex
ijs aliquas ad te perscriberem.

Quæsitū est, ex qua materia Deus animū cōdidisset. nā
corpus quidē e qua tuor constare elementis non ignora-
bant. Respondimus ad hoc; quemadmodum Deo, vt ele-
menta, Solem, ac Lunā, & reliquum mundi fabricaretur
ornatum, non opus fuit priore materia: sed vt existerent,
ipso nūc verboq; fecit; sic animos etiam ab eo creati so-
la ipsius voluntate, materia nulla. Tū illi percontari: qui
color animi, quænam esset species. Nullā respondimus,
etenim hoc proprium esse elementorū & corporū. Cū
inde efficerent, quoniam corpus non haberet, nihil esse
animū; Cosmus vt eos verbis ipsorū conuinceret, inter-
rogauit num esset aer in mundo: cū annuissent, quæsi-
uit de nouo, esset ne coloratus aer: negarunt. Tum ille: si
aer, cū res corporea sit, nullo est colore; quanto min⁹
(inquit) animus, cū careat corpore? Hoc audito, cessēre.
Quæsiere alij, dæmones quidnam essent. cū respon-
deretur esse multitudinem Angelorū dūce Luciferō, qui
elati superbia, quòd Deo se se æquiparare voluerant, cœ-
lesti gloria sunt diuinoque aspectu priuati; cur, aiunt, ho-
mines tentat diabolus, estque eis adeo vehementer infe-
sus: quòd eos, inquit Cosmus, ad beatitudinem illam,
quam ipse amisit, conditos nouit: propterea eis inuidet,
laboratque vt in fraudem inducantur.

Interrogauēre nonnulli, cur, si erant cuncta q̄ Deus fe-
cerat

erat bona, Luciferum spiritum malū & contumaciter
 creasset. Ad ea, Luciferum, inquit, quique sunt eius
 etiam sequuti, condidit Deus & clara intelligentia
 ditos ad bonum dignoscendum ac malum, & liber
 luntate ad vtrumlibet eligendum: vt eos, si bonum
 optassent, gloria, sin malū, inferni cruciatus exciperent.
 qua facultate quōd Lucifer ac reliqui demones ad
 pro Deo adorari concupiuerunt; idcirco poenas debent
 & sua ipsorum culpa mali ac superbi euasere; quod
 cus bonis contigit Angelis, qui semet subdentes de
 meruere gloriam sempiternā. Percontabatur aliquid
 esset Deus, vbi esset, nū aspici posset: alij, cur Deus
 fir a deo clemens, aditū gloriæ tantis difficultatibus
 cunsepserit. denique tantus erat à maritimo tēporē
 ad vesperam hæc & alia sciscitantium numerus, quōd
 vt oppleretur. sed Cosmus (vt dixi) fecit omnibus
 Bonzj nos, quōd eorum scelera coarguimus, malis
 etis infectari non desinunt. Confinxere quidam
 diabolum è simulacro pronuntiasse, nos ipsius esse
 cipulos: eundem nostra de causā è cælo, multos
 etantibus, regiam fulmine perculisse: quidā etiam
 nā carnis voracitatem, nobis exprobrant. Ad hæc
 quoque incōmoda vel Dei potius beneficia accipimus.
 Commotum est in oppido bellum, quod regis
 inde sedatum est, adeo exitiosum & graue, vt
 dierum spatio conflagraret incendijs, & sanguine
 daret; quippe sublatis legibus, impune victrix
 sabatur improbitas: passim homicidia: passim
 atque eo sanè toto tempore nos ad eadem inque
 mur assidue, partim ab ijs, qui nos oderant, partim
 ijs, qui nostras qualescunque sarcinulas ad damnum
 itaque magno in discrimine vitæ saepe versati sumus.
 rū ex omnibus periculis eripuit nos clementissim
 mini mater, quæ cliētes adeo præcipua cura tuebitur.
 Cum enim status rerum esset huiusmodi: Cosm
 nium misit ad Naerondoni vxorē, vt ab ea cōsuleret
 teret: illa iussit nobis renuntiare, cōfestim venire
 se. porro inter eundū cōplures in cateruas armatas.

cidimus: ij inter se per eorum ordines transeuntibus no-
 bis, quin, aiunt, e medio tollimus hosce de Cengecu (sic
 enim Europæos appellant) quandoquidem ipsorum
 culpa, lignea vel lapidea simulacra neque alijs, neque si-
 bi salutem dare posse negantium, Dij indignati, excita-
 ta discordia, tantam huic populo cladem intulere? hæc
 autem dicebant illi, propterea quod eo bello cœnobita
 multa cum simulacris ignis absumpserat: imminuta ma-
 gnopere idolorum & præstigiatorum auctoritate, vel
 ob id ipsum, quod Regi in primis, vt nosti, superstitio-
 so, nihil eam superstitionem profuisse constiterat. Ex eo
 discrimine elapsi, Naetondoni domū peruenimus, cuius
 vxor dato puero qui prosequeretur, nos ad Bonziorū cœ-
 nobium, quos ea suis alebat sumptibus, amandauit: illi
 vero grauius nobis offensi, respuere: dæmonas dicere,
 nec locum excipiendo tam improbo hominum generi
 sibi superesse. Cur nos Deus, qui habitat in cœlo, cuius
 legem exponemus, ex ijs periculis non in cœlum eri-
 peret? Tamen ad extremum siue Dominæ metu, siue fa-
 muli precibus adducti, phant particulam nobis ad ho-
 spitium assignârunt, ibi toto biduo commoratos muli-
 er nos domum suam rursus accersit, & in posticis ædiū
 partibus ambulatiuaculam quandam nobis ad diuer-
 sandum attribuit. hic nos quot periculis, quot laboribus
 perfuncti fuerimus, ne longior sim, in præsentia silco.
 Sanctis sacrificijs, & precationibus tuis nos admodum
 commendamus, & patrum fratrumque carissimorum:
 quos ego ad hanc gentem salutaribus erudiendam
 præceptis, & veram in agnitionem Dei cõ-
 ditorisque sui trahendam, propediem
 venturos esse confido. Amangu-
 tio, 13. Calend. Nouembris.

M D LL.

b 5

EDVAR-